



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologus Parisiensis Inquirenti Duaceno Theologo**

**[S.I.], 1692**

Quarta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39050**

## .Iudicium Theologi Parisiensis:

**J**UDICIUM debuit esse quod hæc Thesis ab initio usque ad verbum (*interim*) male sanæ doctrinæ veneno infecta sit, (cum gratiam sufficientem Thomistarum eam tenus tantum recipiat, quatenus videtur gratia ista non dare verum posse ad agendum, ita ut sit nomine sufficiente revera autem insufficiens) & quod à prædicto vocabulo (*interim*) usque ad finem sit scandalosa, sanæ Theol. injuriosa & in hæresim inducens, quatenus dicit rem vocabulo gratiae sufficientis expressam Augustino & purioribus. Ecclesiæ scæculis ignotam fuisse & è sana Theologia meritò relegandam quod est profectò dicere ultrà gratiam cum quâ agimus, nullam admittendam esse gratiam cui resistimus & quâ adjuti possimus agere.

In hoc prædicti Duacenses peccant quod nihil emendent neque improbent in hac thesi, quin imo confirment & quæ temerè & scandalosè ponit thesis probare conetur.

Notandum maximè videtur quod Duacenorum judicium gratiam sufficientem sive sensu Molinistico, seu Thomistico non approbans, imo rem voce gratiæ sufficientis significatam disertè improbans, nullam aliam admittat gratiam, quæ det verum posse agere & cui tamen resiliatur, quod dubio procul hæresim sapit.

## QUARTA.

Peccatum Philosophicum infelix radix est, in depravata Ethica seminariis pridem occulte adolescens: mox ubi erupit, Vatitana sensit fulmina; varisque errores infallibili connexione cum detestando illo dogmate coniinati, quasi surculi in radice, eodem ictu protriti sunt.

## Iudicium Duacenorum.

**H**UIC Thesi neminem esse opinamur qui refragare possit.

*Judicium Theologi Parisiensis.*

**J**UDICIUM debuit esse quod prima pars quartæ theologiæ mis maligne & improbe, scitur non obscure, ad Jesuitarum collegia alludat, quasi philosophici peccati dogma in iis data operâ enutritum diu & fœtum fuerit, quod sincera charitas non crederet.

*Quinta.*

*Hac est damnata propositio: Peccatum Philosophicum in eo qui Deum ignorat, non est offensa Dei, sicut ita licet arguere contradictione: Peccatum Philosophicum in eo, qui Deum ignorat, est offensa Dei. Pergo ulterius. Si offenditur Deus qui ignoratur, non excusat ergo à peccato ignorantia; adeoque tot studiis & contentionibus agitata quæstio, Ponitudo braculo manet decisa, videlicet quod nulla ignorantia, saltē in iure naturæ, excusat à peccato.*

*Judicium Duacenorum.*

**D**octrina afferens nullam ignorantiam juris naturæ excusare à peccato, uti non excusat in peccato quod vocant Philosophicum est sana, nec obscure tradita à SS. Augustino, Bernardo, Thoma & plurimis antiquis ac melioris notæ Theologis.

*Judicium Theologi Parisiensis.*

**J**UDICIUM debuit esse quod nulla ignorantia saltē primorum principiorum juris naturæ, puta quod nemini injuria facienda sit, parentes sint colendi & similium.

excus.